Quodlibetaria Quaestio agitanda In Scholis Medicorum die vltima Januarii M. Joanne Huguetio Moderatore.

An Corpus omne sit sanum aut aegrum?

Corporis humani (quod Medicinae subiectum dicitur) compositio naturali calido innato (cuius beneficio pendet alteratricis robore, non autem facultatis attractricis humoribus praestans) est: variis partibus quas pro facultatis et actionis dignitate suis discretis locis effinxit, alias etenim ex ipsa aristocratia principes (ex quibus Cerebrum sensus et motus partim sibi primas tenet) constituit: alias autem ab ipsis ortum habentes, ex his etiam operam studiosissime praestantes, quasdam vero ex aliarum gubernaculi, nec praesim nec ab aliis rogantur, reliquas denique nativis, et aliunde adscitis virtutibus dotavit.

Hinc Corporis animantium triplex compositio quemadmodum confinxit, Elementorum primorum quae Corporis humani sunt principia, temperamentum, quod similaribus simplicibusque partibus debetur. Dissimilarium autem ex similaribus tanquam primis Elementis constantium, constitutio, et utrarumque compago, triplex quoque symmetria, et ametria.

Sanitas Corporis humani quae non ab actione, sed a constitutione definitur. non absoluto sermone est Elementorum, ex quibus constamus, aut medium temperamentum, aut symmetria: sed omnium nostri Corporis partium naturalis quaedam constitutio, quae neque angustum quidpiam est, aut omnino simplex, sed ad iustam latitudinem extenditur, et tantam, quantum intervallum est, inter id quod perfectissime functiones obit, et id quod manifeste habet aliquam ~~qualitatem~~ actionem oblaesam; morbus vero praeter naturam constitutio.

Cum sani et aegri functionum aut firmitate secundum naturam, aut praeter naturam imbecillitate iudicentur non autem quacumque, praeter naturam suam male habentium vitio: sed earum quae ad sensibilem magnitudinem perveniunt, alioqui metus ne in perpetuas valetudinis opinionem trahamur, sive inter sanum et aegrum nullum cadat medium.

Morbi quorum causae aut internae aut externae sunt, continuus vero nulla (nisi fortasse eorum quae in generatione essentiam habent) partium similarium intemperies, simplex aut composita, sola vel cum materiae affluxu instrumentalium ametria, formae, magnitudinis, numeri et situs vitio comparata. Utrorumque communis continui solutio, simplex aut ipso genere, aut in aliis composita.

Omne Itaque Corpus sanum est aut aegrum.

Proponebat Lutetiae M. Petrus Cointius Ambianus. A. M.D.XLVIII

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE